

DOCTISSIMO VI

RO SIMONI GRYNAEO,

PHILIPPVS ME

LANTHON.

S. D.



VM GRAECIA LONGO

& ciuili bello vndiq; arderet,

& malis vexaretur omnibus,

quæ bellum præsertim ciuile

comitari solent, Apollo con-

sultus in Delo, quando tantarum calamita-

tum finis futurus esset, aut quibus modis

dij facti placatiores, præsentis ærumnas

depulsuri essent, respondit, tum demum

Græciam tranquillam fore, cum sibi aram

quæ ibidem erat, duplicassent. Erat autem

aræ figura cubica, quam cum Delij dupli-

care instituisent, alteram pari magnitudi-

ne addiderunt, & ex cubica figuram qua-

drangulam effecerunt. Aliquando post-

cum publicæ calamitates nihilo fierent

mitiores, iterum interrogant Appolinem

ritè ne paruisent oracaculo. Apollo ne-

gat eos imperata fecisse. Ibi vero percussu

Delij, suspicantur rem grauiorem per am-

B

bages